

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XLVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

stitia, fidei. Christus enim factus est nobis iustitia: quod ex Hieremia Paulus repetit. 1. Cor. 1. v. 10. De qua Esa. 53. v. 11. Cognitione sui iustificabit. De hac Rom. 1. v. 17. & 3. v. 14. & 5. v. 9. Sanguine illius iustificati. Et Gal. 1. v. 16. Ephes. 1. v. 7. Vnde videmus, doctrinam de iustitia fidei esse antiquissimam. Et eadem via Dauidem ad videndum Deum fuisse ingressum, qua nos.

III. Pars.

Sed quando tandem perfectæ illius visionis Dei fiet initium? cum in hac vita tantum (vt diximus) in speculo videamus? Quando satiabimur? Cum euigilauero, ait Dauid.

Mortem somnum esse scit: ex quo simus resuscitandi, tanquam dormientes, qui euigilant. Itaque post resurrectionem mox nos Deum visuros asserit. Cui assentitur Paulus, 1. Thess. 4. v. 17.

Vfus huius loci præter cætera, de quibus ante diximus, hic etiam erit, vt cupiamus mori & dormire: vt etiam nobis euigilantibus videatur Deus. Quia Deum prius non videbimus, nisi moriamur & euigilemus.

Qui autem illic volunt euigilare cum gaudio, illi prius hic etiam euigilent iuxta Paulum, 1. Cor. 15. v. 34. *in te*, ne peccent. Et surgant de somno, Roman. 13. v. 12. Alioquin non videbunt Deum cum gaudio.

F I N I S.

THEMA XLVI.

Psal. 18. v. 26.

Dum humilias me, magnum me facis.

DISPOSITIO.

Non sine causa Deus dicitur mirabilis. Esa. 9. v. 6. Psal. 68. v. 36. Exod. 15. v. 11. Syr. 43. v. 31. & in sanctis suis, Psal. 4. v. 4. & 68. v. 36. & in omnibus operibus suis, Job. 9. v. 10. Psal. 66. v. 3. & 139. v. 14. Atque mirabile omne consilium eius, Esa. 28. v. 29.

Etenim

Btenim omnia agit contra rationis humanæ consilia: & plerumque per contraria media: quia cogitationes ipsius non respondent nostris, Et ai 55. v. 8 Quem enim exaltare vult, eum deprimat atque humiliat, & quem in cœlum euehere vult, illum prius ad ima tartara detrudit, Vide 1. Sam. 2. v. 6. Hiob. 5. v. 18.

Talis plane sententia est hoc loco, vbi David ostendit, quod Dominus ipsum humiliando exalter seu magnum faciat. Quæ sententiola probe est notanda contra varias tentationes.

Vt autem illam rectius intelligamus, primum ex scripturis discemus, quomodo Deus dicatur humiliare, aut magnum facere. Deinde, quid hæc sententiola nos docere possit, breuiter notabimus.

I. Pars.

Humiliare dicitur DEVS in scripturis, non tantum quando superbos deprimat & deiicit, vt Daniel. 4. in fine, Matth. 23. v. 12. Lucæ 14. v. 11 aut aliorum potestati subiicit, vt de Moabitibus, Iudic. 3. vers. 30. & Ammonitis, Iudic. 11. vers. 43. legitur, sed etiam quando affligit. quocunque calamitatis genere, non impios tantum, sed & suos electos.

Sic Naemi, cum esset orbata marito & filiis, dicit se humiliatam à DEO, Ruth. 1. v. 21. Psal. 106. vers. 24. humiliati sub manu inimicorum dicuntur Israelitæ, & afflicti ab aliis. Sic de se David sæpius, Psal. 11. 9 vers. 75. humiliasti me valde, & vers. 107. Humiliatus sum nimis. Et quomodo sit humiliatus, ex sequenti verbo patet. Resice me.

Sic Psalmo eodem v. 67. & 71. se humiliatum ait. Ita & hoc loco.

Intelligit itaque se afflictum & depressum, daß er nit auffkommen könnē. Sicut idem vult, cum dicit, se incuruatam ad terram, Psal. 44. v. 26.

Contra vero magnificare aut magnos facere dicitur Domi-

Dominus eos, quos cumulat beneficiis, & diuitiis atque honoribus ornat, & quibus magnam conciliat auctoritatem.

Gen. 12. v. 2. Magnum tibi nomen faciam,

Gen. 24. v. 35. De Abrahamo seruus, Magnus factus est Dominus meus & diues, &c.

Jos. 4. v. 14. Magnum fecit Dominus Josuam, vt timeret eum omnis populus.

2. Sam. 7. v. 9. Feci tibi nomen magnum, quale est maiorum in terra.

Hinc mens Davidis facile intelligitur, qui hoc vult dicere: Quando me affligis & videris me deprimere & perdere, tum me euehis, & ad res maximas agendas me reddis idoneum: & cum videor plane abiici, tu me gloriosum facis.

Videtur eadem esse sententia huius dicti, quæ est Psal. 116. v. 6. Dum succumbo, iuuas me: aut illius Prouerb. 15. vers. vt. ante gloriam afflictio.

II. Pars.

Hæc iam ad nostrum vsum accommodanda sunt.

I. D I S C I M V S hinc, afflictionem & humiliationem illam piorum, non esse signum irati **D E I**, sed esse proximum gradum ad gloriam.

His facient exempla fidem. Iosephus futurus Prorex Ægypti, odio habetur à fratribus, venditur, in carcerem detruditur, negligitur, & pro mortuo habetur. At sic humiliatur, vt magnus fiat.

Daniel capiuus abducitur: ad Leones abiicitur: vt fiat magnus in Babylone. Et hæc est singularis **D E I** actio cum suis.

Cum impiis enim aliter agitur. Illi tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant Psal. 73. v. 18.

Consolationem hinc capiant miseri & afflicti, ne desperent, cum se humiliari vident. Etenim mœror illorum vertetur in gaudium, Ioan. 16. vers. 20. Beati, qui lugent

K gent

gent, & fient, Matth. 5. v. 4. Luc. 6. v. 21. Euntes ibant & flebant. Venient autem cum exultatione, Psalm. 126. v. 6. Et qui hic non magni fiunt, ibi tamen coronabuntur, si Deo militauerint, 2. Timor. 4. v. 8. Vbi abstergentur omnes lachrymæ, Esa. 2. 5. Exaltabit suo tempore, 1. Pet. 5. v. 6.

Admonentur autem impii, ne sibi gratulentur, cum rebus secundis vtuntur: quas (ipforum quidem iudicio) decent superbiz. Etenim proximus adest interitus. Extrema gaudii luctus occupat, Prou. 14. v. 13. Væ tibi ridenti, quia mox post gaudia flebis, Luc. 6. v. 25.

II. Patientiam hoc in animis piorum augere, & spem fouere debet: quia utilis est humiliatio ista DEI. Antequam humiliarer, erraui, Psalm. 119. v. 67. Et bonum est mihi quod humiliasti me, Ibid. v. 71.

Disciplina ista docet, vt est in versione Latina huius loci.

III. Qui magni fieri volunt, non seipfos exaltare aut magnificare debent.

Nam qui se exaltat, humiliatur, Mth. 23. Luc. 3. & 14. & 18. Qui autem se humiliat, exaltabitur. Humiliamini ergo sub potenti manu Dei, 1. Pet. 5. v. 6. Per humilitatem vnusquisque alium iudicet superiorem se, Philip. 2. v. 3. Et quanto quis maior, tanto debet esse humilior, Syr. 3. vers. 20. Hoc magnos facit humiles.

F I N I S.

T H E M A XLVII.

Psalm. 23.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit, vsque ad finem Psalmi.

D I S P O S I T I O.

Dauid, qui diu fuit pastor ouium. 1. Sam. 16. & post etiam populorum multorum, in hoc Psalmo fit ouis, respectu summi Pastoris & *agrum* Dei sicut & nos omnes, siue bubulci siue reges simus, inter oues numerandi